

Nobiles. Herimannus burgravius. Pribizlaus advocatus maioris domus. Henricus de Rothowe. Ministeriales. Haluericus et Henricus fratres. Rödolfus. Burcmannus et Henricus fratres et alii plures.

(SJ.)

5 Actum in Misina publico capitulo anno dominice incarnationis MCLX, indictione VIII, vx.<sup>a</sup>) kal. novembris, anno ordinationis domini Gerungi Misinensis episcopi vi<sup>b</sup>); feliciter amen<sup>c</sup>).

294.

*Bischof Gerung von Meißen genehmigt des Domherrn Anselm Schenkung der von Neuem urbar  
10 gemachten Wüstung Buchwitz im Burgwart Eilenburg. 1160.*

*Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Meißen. S. auf der Rückseite aufgedruckt und mit Pergamentstreifen befestigt.  
Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,55.*

In nomine sancte et individue trinitatis. G[erungus] divina favente clementia Misinensis episcopus. Quoniam futurorum incerta | novitis nonnunquam obliterare solet  
15 preteritorum statutas iusticias, necessario super his cautio datur, ut, quod auc|toritate subnixum est, nullius violenta temeritas transgrediatur. Quocirca notum sit omnibus tam moder|nis quam posteris Christi fidelibus, qualiter nostro ac fratrum nostrorum voluntario consensu Anselmus Misinensis ecclesie canonicus et custos novale quoddam Bucowiz dictum, multis a natura seculis incultum in burcardo Iulburk situm, ad obedientiam  
20 fratrum, que ibidem ipsius providentie comissa erat, attinens, ad excolendum cultoribus contradidit ea videlicet iuris positione, ut x annis sine censu libere possideant, post quos de quolibet manso ii solidos annuatim persolvant, unum scilicet in festo sancti Michaelis, alterum in festo sancti Martini. Predicti autem novalis vii mansi dimensi sunt, quorum unum villicus beneficii gratia possidebit, reliqui vi statuto tempore censuales erunt,  
25 videlicet lege ut, dum res ad emolumentum pervenerit, census pretaxatus in servicium fratrum expendatur et post obitum prenominati confratris Anselmi anniversarius dies eius suo debito memorialis habeatur. Hoc quoque annectimus, quod ad corroborandam iusticiam suam cultores huius novalis pro emptione cuiuslibet mansi vi denarios dederunt, ut, quicquid in posterum de inculta terra excoluerint, hereditario iure possideant et incon-  
30 cussi de his, que ibi acquisierint, permaneant. Ne quis vero temerator horum existere presumat, hanc paginam testimonialem inde conscribi fecimus et sigilli nostri inpressione munivimus. Actum anno ab incarnatione domini MCLX tunc regnante domino Friderico Romanorum imperatore, presidente cathedre Misinensi domino Gervngo, presentibus et videntibus canonicis preposito T. Hermanno decano. Alberto. Ilsungo. Anselmo custode.  
35 Herborto Wrzinenzi preposito. Laicis vero Hermanno prefecto. Pribizlao advocato. Ministerialibus Eluerico. Henrico; feliciter amen<sup>a</sup>). (SJ.)

293. a) sic. b) vi dunkler nachgetragen, die ursprüngliche Lücke nur 1/2 fillend. c) Actum — amen von anderer Hand.

294. a) Actum — amen kleiner, von tunc an vielleicht von anderer Hand geschrieben.